festiuitatem recolerent. Quod
et factum est. Moxque miro
pulchritudinis et magnitudinis
monasterium super corpus ejus
fundari cepit, cum magnis sump-
tibus tante dignum patrone.
Condictus est et dies certus atque
publice denunciatus, in quo
fieret sanctissimi corporis ejus
translacio. Anno sequenti, qui
fuerat MCCXXXVI ab incarnacio-
ne domini, a diuersis regnis
Alamannie videlicet, Boemie,
Vngarie nec non et Francie
lv tante turbe populorum utrius-
que sexus diuerse regionis atque
condicionis et etatis ad diem in
m a kalendis Maji prefixam conflu-
xerunt, ut numerus omnem
estimacionem humanam trans-
cenderet. Nam ipse gloriosus
lR romanorum imperator Frideri-
cus omnibus et negociis suis post-
positis ad festum translacionis
concurrit, fama sanctitatis beate
Elyzabeth attractus et illectus.
Scientes fratres occupacionem
imperatoris et quod in ejus ad-
uentu sacrum corpus commode
effodi non posset, tribus diebus
preanticipauerunt. Nam ve-
nerabilis vir Vlricus prior loci
assumptis secum VII fratribus
ostio ecclesie clauso nocte rejec-
to terre sepulchrum aperiunt
et ecce tanta fraglancia lapide

kalend' [illegible] kalendas [illegible]
Maij [illegible] decembr' [illegible]
p. 94 [illegible] maij

reietta

+ [illegible] [illegible])